CAPUT XLII.

De Antaphrodisiacis Remediis.

§. 1.

Antivenerea quæ dicenda?

ANtivenerea Remedia sive *Antaphrodisiaca* dici solent ea, quæ immoderatam libidinem compescunt. Cùm autem effectus hic præstari nequeat, nisi vel seminis copia diminuatur, vel ejusdem turgescentia temperetur, vel tandem acrimonia ipsius obtundatur, consequens est, ea omnia in Antivenereorum Classem redigenda esse, quæcunque modò dictos effectus producunt, & *partim* materiam generando semini aptam aut non exhibent, aut etiam non afferunt; *partim* quæ suarum particularum inertiâ poros atque tubulos ad seminis secretionem destinatos constringunt. Hoc verò loco præter *tenuem* & *exquisitum Victum* præstant *Motus* corporis vehementes, *Cibi* non ita *nutritivi*, quemadmodum sunt *Oleracea*, *Leguminosa*, & id genus *refrigerantia*, non secus atque *Medicamina potenter Desiccantia*; Quæ inter eminent *Lactuca*, *Portulaca*, *Plantago*, *Hepatica nobilis*, *Fragaria*, *Agrimonia*, *Ruta*, *Lign. Sassafras*, *Rad. Sarsæparillæ*, *Aquæ destill. Solani*, *Portulacæ*, *Lactucæ*, *Plantaginis*, & reliquarum Plantarum modò recensitarum. Quibus adde *Saccharum Saturni*, *Nitrum pptum*, *Semen Agni casti*, *Tinctur. antiphthisicam*, ut & *Corallorum*, *Balnea Aquarum frigidarum*, *Fotusq; Genitalium* cum *Decocto Plantarum* suprà dictarum. Quibus adhuc superaddi possunt *Julepi*, & alii *Potus refrigerantes*, cum Spiritibus acidis nonnihil acuati.

§. 2. Ad eundem porrò effectum producendum contribuunt *Emulsiones Seminum frigidorum*, ut & *Seminis Cannabini*, *Lactucæ*, *Nymphææ*. *Rutæ*, *Papaveris*

veris cum *Aqua Nymphææ, Rutæ Portulac. Lactuc. & acetosæ; Essentia* quoque *Castitatis Michaelis Remedia* item *Terebinthina, Camphora, Bolus armena, Terra sigillata, Magisterium Ossis sepiæ, Hepatica rubra, Semina Citri, Lactucæ, Portulacæ, Plantaginis, Acetosæ, Succinum* ejusque *Oleum* & *Essentia, Pulpa Tamarindorum,* & id genus, non sunt contemnenda, quibus nimirum Ichor seminalis turgescens temperatur, compescitur, saliaque ad Venerem stimulantia figuntur & obtunduntur. Hæc ferè singula simul prosunt contra *Pollutiones nocturnas*, licet in hoc Affectu cautius sint usurpanda, ne ex corpore sano reddamus ægrum. Formulæ autem sequentes esse poterunt.

℞. *Succin. alb. ppt.*
Semin Agni cast.
Nitri antimoniat. ana ʒj.
M. f. Pulv. subt. in vj. *dos. æq. ad chart. dividend. m. ac v. capiendas.*

Vel ℞. *Nitri ppt.*
Ungul. Alc. ppt. ana ʒj.
Sacch. Saturn. ʒß.
Camphor. ℈ß.
Ol. Menth. dest. gtt. iiij.
Sacchar. penid. ʒij.
M. f. Pulv. subt. divid. in viij. *dos. æq. ad chart. m. ac v. sumend.*

Vel ℞. *Arcan. duplic. Mynſ.*
Diaphoret. mart.
Ocul. 69. ppt. ana ℈ij.
Sacch. Saturn. gr. xii.
M. f. Pulv. subt. in vj. *dos. æq. ad ch.*

Vel ℞. *Essent. Castit. Mich.* ʒij.
Plantag. ʒj.
Tinctur. Corallor. ℈ij.

M. ad Vitr. Dosis gtt. xx. *ad* xxx. *cum Aquâ Nymphææ noctu sumendæ.*

Vel ℞. *Tinctur. antiphthisic.* ʒiß.
Mart. aperit. ʒß.
M. ad Vitr. Dosis gtt. xv.

Vel ℞. *Essent. Rutæ.*
Tinct. aperit. Mœb. ana ʒiß.
M. ad Vitr. Dos. xv. ad xx. gtt. cum *Aquâ Castitatis.*

Vel ℞. *Semin.* 4. *frig. maj. ana* ʒiß.
Aq. Nymph. Rutæ.
Lactuc. ana ℥ij.
F. l. a. Emulsio, cui adde
C. C. ust. ʒj.
Julep. rosac. ℥j.
D. ad Vitr. pro ij. *dosibus.*

Vel ℞. *Semin. Melon. Cucumer. ana* ʒij.
Lactuc. Citr. ana ʒj.
Aqu. Portulac.
Cichor.
Plantag. ana ℥ij.
F. l. a. Emuls. cui adde
Syr. Capill. Veneris ʒiß.
Unicorn. fossil.
Ebor. ust. ana ʒß.
M. ad Vitr. pro ij. *dosibus.*

Vel ℞. *Semin. Cucum. Pepon.*
Acetos. Plantag. ana ʒj.
Cannab. ʒij.
Aq. Castit. Rutæ.
Endiv. Plantag. ana ℥iß.
F. l. a. Emuls. Cui adde
Julep. rosac. ℥ß.
Antimonii diaphor.
Succin. alb. ppt. ana ℈j.

Bezoard.

Bezoard. miner. ℈ß.
M. ad Vitr. pro ij. *dosibus.*
Vel ℞. *Conserv. flor. Violar.* ℥j.
Pulp. Tamarind. ℥ß.
Corall. rubr. ppt.
Bol. Armen. ppt.
Semin. Rutæ
Agn. cast. ana ℈j.
Conditur. Cynosbat. ʒiß.
fol. Lactuc. ʒj.
Syr. flor. Tunic. q. s.
M. f. Elect. d. ad Oll. Dosis Nucistæ magnitudo.
Vel ℞. *Rad. Nymph. Gramin.*
Cichor. ana ʒij.
Herb. Rutæ.
Fol. Salic. Querc.
Myrtin. ana Mj.
Semin. Agn. cast.
Aquileg. ana ʒij.
Myrrh. Thur.
Mastich. ana ʒj.
Incis. & contus. coq. in Aq. font. & lintea Decocto nonnihil refrigeranti im̄ersa Pubi & Scroto applicentur.
℞. *Empl. saturnin.* ℥ß.
Malax. Ol. Lil. alb. inducatur linteo expanso, & fiat Emplastrum Scroto applicandum.

CAPUT XLIII.

De Remediis Anthelminticis.

§. 1.

REmedia *Anthelmintica* apud Medicos ea audire consueverunt, quæ Vermes & Lumbricos, in qua- *Remedia contra Vermes.*